



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 7. Quomodo Angelus confortarit Christum in agonia positum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Dubium Sextum.

An Christus in horto sudauerit verum & proprium Sanguinem naturalem?

Respondeo affirmatiuè. Quia, vt probant Philosophi, naturale est sudare sanguinem, quando duæ concurrunt conditiones: prima, excessus tristitiæ: secunda, decessus humoris. Utraque conditio fuit in Christo: quia tristitia eius fuit valde vehemens, & propter tenuitatem corporis nulla sudoris aderat materia: igitur Sanguis, quem Christus sudauit fuit naturalis, & quantum ad quantitatem, & quantum ad modum; nam è potius corporis Christi, promanauit naturaliter, & sine miraculo.

Hic doctrinæ solum obstant, & aduersari videntur Evangelistæ dicentis: *Factus est sudor eius, sicut Sanguis* Marc. 22. ubi particula (*sicut*) significat similitudinem, non proprietatem: Respondeo primò, participium (*sicut*) cadere supra dictionem (*gutta*) non super dictionem (*sanguinis*). Non enim Sanguis Christi, corporis eius prodiens, tenuis erat & subtilis, sed crassus, & in carne Christi condensatus propter caliditatem. Quapropter guttæ, quam Græci vocant guttam sanguinis, assimilabatur; ac in crasso & naturali sanguis erat. Respondeo secundò, in communi sententia, dictionem (*sicut*) frequenter scriptura significare proprietatem, non similitudinem, veluti patet ex illo Ioaonis: *Vidimus gloriam eius, quam quasi ad est (verè) Unigeniti à Patre.*

Dubium Septimum.

Quomodo Angelus confortauit Christum in agonia positum.

Respondeo primò, quod ipsum confortauit, admirando virtutem, & considerando ipsius fortitudinem hinc aut similibus locis iuxta Epiphanium: *Tua est adoratio, Domine, S Epiph. inum Hæres, 69.*

3. p. q. 11.
art.

Sauvez. lo.
60 cit.
D. Thom.
80mm.

zuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo. Angelus ille fuit Gabriel, aut certe Archangelus Michael cum tota sua celesti militia. Respondeo secundò, cum Doctore Angelico, & Vener. Beda, Angelum confortasse Christum non tantum deprecando blandando eius fortitudinem, ut præfarum est; sed etiam consolando, animando, & excitando fortitudinem Christi. Enimuerò, licet propter nos, & ad demonstrandam naturæ humanæ veritatem, & ad exhibendam maiorem humilitatem *elegit contristari, ita & confortari*; & ut bene aduertit Suarez, ut Angelus dicatur confortasse Christum, sufficit, quod, quantum fuit ex parte eius, proposuerit rationes sufficientes, & huic fini ac commendas, tametsi Christus, ne tristitiæ remitteretur, huiusmodi noluerit admittere confortationem: ac propterea, subito post visitationem Angeli, *factus in quiescentia, prolixius orabat*. Insuper aduertendum est, Angelum eiusmodi actu non instruxisse, nec illuminasse sanctissimam Christi Animam; sed easdem et deinde proposuisse rationes, quas Christus multò clarior ueritatibus in sua scientiâ beata & infusa. Voluit uero uator locum dare tali consolationis officio, quemadmodum Filius cuiusdam Regis interdum facere solent, qui, ut Patrem suum graui in se ira commotum intelligit, obsequiosa cuiusdam aulicorum suorum sedulo admittit solatia. Congruè igitur dici potest, Solatium confortatum fuisse ab Angelo, primò laudando, deinde consolando, quantum pertinebat ad Angelum, uti diximus. Primus modus est probabilis: secundò colligitur ex Evangelio: nam secundum regulam scripturæ uerbum illud (*confortans*) proprie intelligendum est, cum Christus, tanquam homo, illius confortatus iuxta sensum iam dictum, capax fuerit.

Gerson de
Pass. 107. 2.

Hic rursus potest institui quæstio, an idem Angelus confortatit sanctissimam quoque Virginem, & quæstione? Respondet Gerson affirmatiuè, & eodem modo quo confortauit Christum: primò laudando fortitudinem eius: secundò laudando & confortando *placens: Ne timeas Maria, magna ac plurima ei: propitius do bona & fructus ex Passione illi secuturos.*